

et sit res, que requirit haberi de credentia, Capta fuit pars, quod id quod fiet super ipso facto per Consilium de XV, sit firmum, sicut factum esset per Majus Consilium. [Presbiter, 17].

66.

1310, Aprile 14.

*L' occorrente per il viaggio dell' ambasciatore.*

Quod ambaxator Armenie possit naulizare hic unam taretam eum XX vel XXII marinarijs et non pluribus, pro portandis omnibus Dni Regis Armenie; non intelligendo, quod possit tam eundo quam redeundo portare vel adducere aliquid contra ordines nostros. [Presbiter, 17, t<sup>o</sup>].

67.

1310, Aprile 21.

*Spese per l' ambasciatore e il Bailo.*

Quod Baiulus Armenie qui debet fieri et Consiliarius (Mothoni) et Corone teneantur respondere, vel proferre infra tertium diem, et ire cum istis galeis.

Item. Quod Baiulus Armenie qui eligetur, sit Baiulus et Ambaxator ad Dmm Regem, et portet dona, non habendo propterea plus aliquid nisi expensas a Comuni, de eo tempore quo steterit in ambaxata, secundum quod determinatum erit per Dmm Ducem de ipsis expensis.

Item. Quod terminus imprestitorum prorogetur usque ad diem Sabati venturi, et inde ad octo dies sequentes.

[Presbiter, 17, t<sup>o</sup>].